

www.e-rara.ch

Aphoristica Hypotypōsis kai diarthrōsis

Grynaeus, Johann Jakob

Basileae, 1594

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: UBH Frey-Gryn E IV 3:22

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-11430>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien - von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material - from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes - des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

A P H O R I S T I C A
 ὙΠΟΤΥΠΩΣΙΣ ΚΑΙ ΔΙΑΡΘΡΩΣΙΣ
 CAUSARUM, QUIBUS GENERALITER
 univēsa Sacramentorum natura
 paucis explicatur.

I. Causæ Efficientes.

EXTRA controversiā est: Sacramenta esse sigilla & signacula Federis Gratia, quod nobis in Verbo Dei de aeterna nostra Salute annunciat̄ ac revelatur. Cujus federis unicus autor est Deus, pro benevolō affectu voluntatis suae erga Electos suos: mediator autem D. N. Jesus Christus Θεωδωρωσ, in quem credentes habent vitam aeternam. Ex quo consequitur: ᾱ τιορ νεσιορ Sacramentorum omnium tantummodō illum esse, qui unicus quoq; est Salutis nostrae autor: ac proin solus verē, ut de gratiosa sua erga nos voluntate testari; ita eandem nobis obsignare potest. Famulantes verō & administras causas Sacramentorum esse, quorum ministerio ipsum fedus gratiae nobis per Verbum annunciat̄ & offertur: Pastores videlicet Ecclesiae Christi, qui sunt dispensatores mysteriorum Dei.

II. Materia.

IN Sacramentis porrō duo nobis perpendenda veniunt: Sacramentum ipsum, & Res cuius est Sacramentum. Quae quidem, si naturā cuiusq; in se spectemus, sunt res distinctae: sin verō finem & usum Sacramentorum legitimum, nunquam se junguntur. Unde Materiam in Sacramentis duplicem agnoscimus: terrenam, & coelestem. Illa, ᾱ δισιορ quiddam est, seu Elementum; quod tamen praeter externam speciem, quam sensibus ingerit, aliud aliquid ex se in cogitationem venire facit: haec autem insensibilis ᾱ νοητος, per elementum externum interiori homini & fideli menti oblata.

III. Forma.

Quoniam igitur Sacramenta dicuntur, non q̄ sint aliquid per se subsistens; sed quōd aliquid significant ac referant: Forma eorum interna & constitutiva, est ἀραδοξια illa, seu respectus & relatio, quam ad invicē obrinent Sacramentum & Res sacramenti, sive signū & signatum: non quidē naturae & essentiae; verū effectuum & virtutis ratione. Externa autē forma, quā & ipsa Sacramenta inter se differunt, sunt ceremoniae ac ritus sacramentales, seu legitima cuiusq; Sacramenti actio externa, quā illa à ministris Verbi administrari debent.

IIII. Finis.

DEniq; cum Sacramenta sint sigilla federis gratuiti, quod Deo nobiscum intercedit: Finis illorum proprius est, Confirmatio federis istius. Ratione quidem Dei, ut promissionem gratiae credentibus obsignent; atq; ita sint sigilla iustitiae fidei: Nostri verō, ut gratitudinē vicissim ac pietatē nostram erga Deum testentur, eamq; magis ac magis in nobis excitent.

V. Populorum.

- Itaq; 1. nulli homini licet Sacramenta instituire: multo minus nova consilia Ecclesiae Dei observanda obtrudere.
2. non sunt Sacramenta nuda & vacua rerum spiritualium symbola, aut jejuna Mundi elementa.
3. neq; verō etiam, vel per μεταστας in res significatas transmūtata: vel per συνωσια cum iisdem colligata.
4. haud deniq; seu ex opere operato, seu latente aliquā suā virtute, gratiam promissam conferunt & salvificant.

Iussu Reverendi & Clarissimi Viri,
 D. D. JOHANNIS - JACOBI GRYNÆI,
 proposita à

M. LUDOVICO LUCIO Basiliensi:

ut esset sacrae ουσίωσ argumentum,
 ad diem 22. Mensis Maji.

BASILEAE. M D I V C.

ALPHONSIUS
THEOPHILUS KAL. ALIUS
CAROLUS QUIDAM GEBRÄDER
WILHELMUS SIBERUS
LUDWIG KREMER

125

22

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text appears to be organized into sections or paragraphs.]

21

WILHELMUS SIBERUS
LUDWIG KREMER
ALPHONSIUS
THEOPHILUS KAL. ALIUS
CAROLUS QUIDAM GEBRÄDER